tas ſaturni vincit ſiccitatẽ arietis intẽſiue: ⁊ vincendo ipam frigi
ditas ſaturni vincit ⁊ caliditatẽ arietis. ¶30. Iterũ querit intel= 30
lectus ſi ita cõtingit ꝙ iupiter ſit in illa cõſtellatõe q̃s iſtorum triũ
eſt fortior in natiuitate pueri? Tũc intellect⁹ ꝯſiderat ꝙ in illa cõ
ſtellatõe ſunt ſex qualitates. v3 caliditas ⁊ ſiccitas ex pte arietis. ⁊
ſiccitas ⁊ frigiditas ex pte ſaturni. ⁊ hũitas ⁊ caliditas ex pte io=
uis. q2 ibi ſunt due caliditates nõ due ſſitates. ⁊ aries eſt primiti=
ue calidus ⁊ iupiter ſcḋarie: eſt aries magis actiu⁹ ꝙ̃ iupiter per
caliditatem. ⁊ q2 ſunt ibi due ſiccitates ⁊ ſaturn⁹ eſt primitie ſicc⁹
⁊ aries ſcḋarie eſt ſaturnus magis actiuus per ſiccitatẽ ꝙ̃ aries.
⁊ quãtũ ad hoc ſeq̃tur tẽperamẽtũ per calidũ ⁊ ſiccũ. Sed q2 in io
ue hũitas ⁊ caliditas ꝯueniũt ⁊ hũitas eſt cõtra ſiccitatẽ arietis ⁊
ſaturni. ⁊ in ꝯſtellatiõe illa non eſt niſi vna ſſitas: ⁊ calidũ ⁊ fridũ
opponũtur / cognoſcit intell's ꝙ aries eſt rex in illa conſtellatiõe. ⁊
de hoc intellectus facit ſciam. ⁊ iſta ſcia eſt theſaurus medicoꝝ et
eorum qui ſe de iuditijs intromittũt. ⁊ ſic de alijs cõſtellationibus
ſuo mõ. ¶31. Dũ ſic intellectus cõſiderat q̃rit vtrũ puer natus in 31
tali cõſtellatõe debeat eẽ bonus aut malus? Et tũc intellectus ipe
deſcendit ad iouẽ ⁊ ſaturnũ qui ſunt in illa cõſtellatõe ⁊ ſaturnus
eſt malus ⁊ iupiter bonus ⁊ aries magis ꝯuenit cũ ioue ꝙ̃ cu3 ſa=
turno ⁊ aries eſt dñs in ipa cõſtellatõe ſeq̃tur ꝙ ipe puer magis de
bet eſſe bonus ꝙ̃ malus nãl'r ⁊ non moral'r. qm̃ mores ꝑtinent ad
aĩam rõnalẽ que libera eſt. ¶32. Adhuc q̃rit intell's q̃ eſt cã horũ 32
quattuor tẽporum que ſunt / ver / eſtas / autũnus / ⁊ hiems. ⁊ quare
ſunt q̃ttuor et nõ plura neq3 pauciora. ⁊ q̃re ſunt q̃ttuor regiones
principales. ſ. oriens / meredies / occidẽs / ⁊ ſeptentrio? Et tunc in=
tellectus deſcẽdit ad imaginatõe3 q̃ imaginatur quattuor elemẽta



(c) 2006 Ministerio de Cultura

et quodlꝫ habet ſuam qualitatem propriam. ſicut ignis caliditatē aer humitatem aqua frigiditatē. terra ſiccitatem. ⁊ qꝛ iſta ſunt inſtrumēta celi ſol cū hūitate cāt ver ⁊ regionem orientalē. ⁊ cū caliditate cāt eſtatē et regionem meridionalē. ⁊ cum ſiccitate autūnū ⁊ regionem occidentalem. ⁊ cū frigiditate cāt hiemen ⁊ regionez ſeptētrionalem. ⁊ ſunt q̄ttuor neceſſario eo qꝛ ſunt q̄ttuor elementa. ſꝫ de iſta materia ſatis large loqui ſumus in noſtra medicina.

33 ℭ33. Intellectus voluit querer̄ de ventis ⁊ de impreſſionibꝰ in aere factis. ſꝫ auctor recordatus eſt de arbore ſcie. ⁊ de arte p̄dicādi ⁊ de medicina ⁊ ſic de alijs quibuſdā libris ſuis: in quibꝰ de iſtis multa diſſeruit.

## ℭ De natura celi.

Per ea q̄ intell's intellexerit de actibꝰ/paſſionibꝰ/⁊ actōnibus celi/noticiā hꝫ ⁊ de natura ipiꝰ. qm̄ in oī ſbo in quo iſta tria repiūtur ⁊ nā ipius ſibi figurata ⁊ ſignificata eſt. Tū in iſto caplo volumus ipam inueſtigare p. xviij. prina artis gn̄alis q̄ ſunt. Bonitas/Magnitudo/Duratio/Ptās/Sapia/Voluntas/Virtus Veritas/et Glia. Dr̄a/Cōcora/Cōtrarietas/Prinm/Medium/
1 Finis/Maioritas/Eq̄litas/⁊ Minoritas. ℭ1. Celū ē bonū per ſuam bonitatē ⁊ ſic ſua bonitas ē ſibi nālis ⁊ innata. et ea q̄dez hꝫ in ſe tria ↄcreta ſibi nālia ⁊ eēntialia cū qbꝰ bonitas ipa ponit oēs ptes celi bonas eē nāl'r. ſic octauā ſpheraz ⁊ ſeptē planetas: q̄ ſunt boni nāl'r: cū qbꝰ ſiq̄dē bonitatibꝰ bonitates cāt īferiores effectiue ipm celū. ſic bonitatē lapidis/flāme/plāte/leonis/⁊ corpis hoīs.
2 ℭ2. Celū ē magnū p ſuā ppriā magnitudinē ⁊ ſua magdo eſt ſibi nālis eo qꝛ hꝫ ī ſe tria ↄcreta ſibi coeēntialia ⁊ nālia. ſ. maguum bl'e ⁊ are. cū iſtis aūt cāt celū ſuas ptes eē magnas ⁊ cū magitudibꝰ eiſdē magnitudīes in īferiora. ſic iupit' cū gemīs cāt magtes in cordibꝰ
3 hoīm rōe magnitudis ſanguīs. ⁊ ſic de alijs ſuo mō. ℭ3. Duratio eſt vna ps celi nālis eo qꝛ hꝫ tria cōcreta ſibi coeēntialia ⁊ nālia. ſ. duratiuū bl'e ⁊ are. et cū iſtis celū cāt duratiōes ī ſuis ptibꝰ incorruptibiliter ⁊ īalterabl'r: qm̄ duratiuū in ſuo pprio durabili facit durabiles octauā ſpherā ⁊ ſeptē planetas. ⁊ h' ↄtrarietas nō pōt īpedire. qꝛ nō eſt in celo nāl'r ſꝫ p acn̄s. ſic aries cui attribuit' caliditas ⁊ ſiccitas. ⁊ ſaturno attribuit' ſiccitas ⁊ frītas ⁊ ſic d' alijs ſuo mō. cū iſtis ʒo duratōibꝰ celū influit duratōes in iſta īferiora. ſic ī lapidē in quo fac' durare q̄ttuor elemēta quolꝫ in ſuo nūero pmanēte lꝫ adinuicē ſint comixta. ⁊ fac' durare ignificatiuuz bl'e ⁊ are.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quolʒ in ſuo nũero remanẽte lʒ cõſtituãt vnã ſbam. ⁊ ſic de plãta q̃ licet vna ſit fac in ipa durare plures eẽntias. ſ. elemẽtatiuã ⁊ vegetatiuã ⁊ ſic de alijs ſuo mõ. ¶4. Poteſtas ẽ vna ps celi nãlis cũ 4
qua põt ſeipm naturalr mouere qm ſic ẽ cũ ſua ptãte potẽs ſic cuʒ ſua bonitate bonificãs. ⁊ cũ ſua magne magnificãs. ⁊ cũ ſua ptãte naturali põt bonitas hr̃e tria ꝯcreta ſibi coeẽntialia ⁊ naturalia. ⁊ ſic de magne ⁊c. Ulteri⁹ celũ cũ ſua ptãte põt in corpibus inferioribus agere ſic ſol q̃ cũ ſua ptãte põt multiplicare in igne caliditatem ⁊ in aere luciditatẽ ⁊ ſic de alijs ſuo mõ. ¶5. In celo ẽ inſtin 5
ctus naturalis cũ quo planete ſe mouẽt ordinate ſic ſaturn⁹ rõne ſue bonitatis naturalis mouet ſe ad bonũ actũ intrĩſecũ. ⁊ ſic de ioue ⁊ de alijs ſuo mõ. Sʒ ad actũ malũ mouet ſe reſpectu ĩferiorũʒ effectiue eo qꝛ malus eſt. ⁊ iupiter ad bonuʒ eo qꝛ bonus eſt. ⁊ ſic de motitate/mobilitate/maſculinitate ⁊ feitate ⁊ etiã octaue ſphere. ¶6. In celo eſt appetitus naturalis rõe cui⁹ naturalr corpa ce 6
leſtia appetũt motum ⁊ mouere bonum magnũ ⁊c. Nam bonitas naturalr appetit bonificare oẽs ptes celi ⁊ magnitudo magnificare ⁊ ſic de alijs ſuo modo. Et habẽt appetitum ad mouendũ corpora inferiora effectiue. ſicut ſaturn⁹ qui appetitum hʒ ad malum motum reſpectu inferiorũ per ſiccum ⁊ frm. et iupiter ad bonum per humidũ et calidum. et ſic ſuo mõ de alijs poteſt dici. ¶7. Ce 7
lum habet virtutẽ naturalem cũ qua exiſtunt ſue partes virtuoſe. ſicut ſunt bone cum bonitate et magne cum magnitudine. ⁊ effectiue celum per ſuam ꝟtuteʒ influit virtutes in inferiora ſicut influit in magnetem virtutẽ attrahendi ferrum. et in rutã virtutem clarificandi oculos. ⁊ in reubarbarũ virtuteʒ purgandi colerã. ¶8. 8
In celo ẽ ꝟitas naturalis cũ qua celũ eſt ens ver⁹. ⁊ hʒ ptes ꝟas ⁊ reales. ſic ſũt ſua bonitas vera magdo ⁊c. et ſic ſu⁹ ver⁹ aries mercuri⁹ ⁊c. et ſic de ſuis veris actib⁹ paſſiõib⁹ ⁊c. cũ qua ſiqdẽ ꝟitate ꝟificat ĩferiora. ſic ſol q̃ ꝟe illũiat aerẽ ⁊ in eſtate maturat fruct⁹. ⁊ ſic de alijs ſuo mõ. ¶9. In celo ẽ naturalis delectatio qꝛ ipm dele 9
ctationẽ hʒ in mouẽdo ſemetipm cũ ſuis ptib⁹. ⁊ ſua bonitas delectat̃ nãlr in bonificãdo. ⁊ magdo in magnificando. ⁊ h̃ intrinſece ⁊ extrĩſece. In ĩferiorib⁹ aũt hʒ delectatõeʒ. ſic cã in ſuo effectu delectat̃. ¶10. In celo ẽ nãlis dr̃a cũ qua celũ hʒ ſic ptes dr̃ntes ſic cuʒ 10
bonitate bonas ⁊ cũ magnitudĩe magnas: ⁊ ſic de alijs. ſic octaua ſphera q̃ nãlr differt a ſeptẽ planetꝭ. et planete int̃ ſe ſũt drñtes. Cũ ipa ꝟo dr̃a celũ ĩfluit diſtin. in ĩferiora mltiplicãdo plr̃es res ſic plã elemẽta ſpẽ dr̃a. ⁊ plã elemẽtata/plr̃es bones mages ⁊c. plr̃es mot⁹



(c) 2006 Ministerio de Cultura

plures actiones/paſſiones ⁊ act⁹ plures ſpẽs. ⁊ ſic de aliis ſuo mõ
11 ¶11. In celo eſt nãlis concor^a cum qua celũ cõcordat ſuas partes intrinſece. Qm̃ ſicut dr̃a diſtinguit/cõcordãtia vnit plures res et componit. ſic apparet in ſtellis q̃ ↄcordant in luce. ⁊ ſphere in dyapha^te ⁊ incorrup^te ⁊ in mortuitate ⁊c. Et extrinſece reſpectu inferiorum. ſicut ſol q̃ cõcordat cũ igne in luce ⁊ calore. Luna cum aqua in frĩtate ⁊ albedine in vna pte ſui. ⁊ cũ terra in ingredine in alia pte. ⁊ ſic de ſocrate ⁊ plutone q̃ ↄcordant in ſpẽ. Ignis ⁊ aer ĩ
12 leuitate aqua ⁊ terra in põderoſitate. ¶12. In celo eſt ↄtrarietas per acñs ⁊ nõ nãlr ſic apparet in octaua ſphera ⁊ planetĩ. qm̃ octaua ſphera mouetur nãlr de oriente in occidẽtẽ: planete vero nãliter mouentur motu contrario. ⁊ iſte motus cõtrari⁹ extrinſecus ẽ eo q: eſt per contactum ſuꝑficiei. ſic apparet in octaua ſphera ⁊ ſaturno qui ꝑticipent per cõtactum. ⁊ ſaturnus ⁊ iupiter ⁊ ſic de aliis ſuo modo. Qui q̃dem motus eſt fons a quo deriuãtur cõtrarietates inferiores ⁊ motus. ſicut motus leuiũ ⁊ grauiũ. frigidorũ ⁊ calidorum. eufortuniũ ⁊ infortuniũ. ſanitatũ ⁊ infirmitatũ. leticie ⁊ tri
13 ſticie. ⁊ ſic de aliis ſuo mõ. ¶13. In celo eſt prin^m nãle cũ quo motus celi eſt prin^m primitiuũ ⁊ cũ quo ſua bonitas eſt vnum prin^m hñs in ſe tria prin^a cõcreta. ſic bonificatiuũ qđ eſt prin^m actiuum cuꝫ quo influit in inferiora for̃as actiuas bonas ⁊ maſculinitates bonificabile vero qđ eſt prin^m paſſiuũ cum quo cãt in inferiorib⁹ nãlitates ⁊ femininitates. Et bõificare ẽ prin^m neutrale ⁊ cõe cũ
14 quo cãt in inferiorib⁹ neutralitates ⁊ cõitates. ¶14. In celo eſt mediuꝫ nãle exñs inter prin^m ⁊ finem ſicut naturare qđ exiſtit ĩter naturatiuũ ⁊ ble. ⁊ mouere inter motiuuꝫ ⁊ moble. et bonificare ĩter bonificatiuũ ⁊ bonificabile et ſic de aliis. Cuꝫ quo vꝫ me^o nãli ⁊ celeſtiali cãt celũ ĩ inferiorib⁹ media ⁊ act⁹ ſic mouere/calefacere/generare/corrũpe/ↄiũgere ⁊ ſic de aliis ſuo mõ. ¶15. In celo ẽ
15 finis nãlr hoc ẽ finis pfcõis cũ q̃ fine celũ q̃eſcit ĩ ſe ipo ſic mouẽs qđ q̃eſcit in ſuo moto ⁊ bonitas in ſuo bono ⁊ nã in ſuo nãto. Cũ iſto aũt fine nãli celũ cãt ĩferiorib⁹ fines pfectos ſic ignis q̃ q̃eſcit
16 in ignito. caliditas in calefacto. et ſic de aliis ſuo mõ. ¶16. In celo eſt maioritas nãlr cum qua celũ hꝫ aliq̃s ptes aliis maiores. ſicut octauã ſpheram q̃ maior eſt q̃ ſphera ſaturni eo q: cõtinet ipſam. ⁊ ſphera ſaturni maior q̃ ſphera iouis et ſic de aliis ſuo mõ. et ſolem q̃ maior ſtella eſt q̃ luna et ſua mobilitas eſt maior q̃ mobilitas lune ⁊c. Cum qua q̃dẽ maioritate celũ maiorificat corpora inferiora quoad actus paſſiões et actões. et quo ad ſb̃as et nãs. ſ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cut ſphera ignis que maiores actus hȝ et actiones ꝗ̄ ſphera aeris
et aer maiores paſſiones ꝗ̄ ignis. rō huius eſt qꝛ ignis hȝ plus de
forma. et aer plus de materia. et ſic de alijs ſuo mō. Sicut lupus ꝗ̄
maior eſt ꝗ̄ capra. et gallina ꝗ̄ ſuum ouū et ſic de alijs. ¶17. In 17
celo eſt eq̄litas nālis ſic̄ bonitas magdo ⁊c̄. que eq̄les ſunt in nā.
et in bonitate bonificatiuū bl'e et are. ſunt equalia per nām. et ſic d̄
motu celi in quo ſunt eq̄lia motiuū bl'e et ere. et ſic de alijs ſuo mō
Cum iſta aūt eq̄litate celeſti celū cāt equalitates in iſtis inferiori
bus. ſicut in ſphera ignis: in qua ſua bonitas magdo ⁊c̄. ſunt equa
les. in planta appetitus et inſtinctꝰ et ſic de iuſticia/tēpamento et
pōdere et ſic de alijs ſuo mō. ¶18. In celo eſt minoritas nālis/et 18
per hoc qđ dictum eſt de maioritate celi poſſumus ſcire et minori
tatem ipſius et qūo celū alias ꝑtes alijs hȝ minores. cum ſe habeāt
relatiue. et iō non oꝫ plus dicere. Nā vnū relatiuoꝝ per reliquum
cognoſcit atqȝ ſcit. ¶19. Duȝ intell's ſic cōſiderauit p̄dicā prina 19
celi innuit affatui ꝗ ipe nām diffiniat ſic. Natura eſt ens cui pro
prie ꝯpetit nāre. que q̄dem natura eſt ſuſtētata in ſuo nānte natu
rabili et nāre ex q̄bus eſt vna eēntia. et vnū eſſe. et ſic intellectus
ſciam agit de natura celi breuiter cū p̄dictis ſub illis tribus con-
cretis omnia prina naturalia colligendo.

## ¶ De ſubſtantia ⁊ accidente celi

IN celo exiſt ſbe tribꝰ mōis. vno mō ſunt ſbe groſſe/ſic octa
ua ſphera. et ſphere ſeptē planetaruȝ: q̄ ſunt octo ſbe. Scđo
mō ſbe magis ſubtiles. ſicut ſtelle fixe et erratice. qm̄ quelȝ eſt ſba
et corpus. Tertio mō ſunt ſbe magis ſubtiles et tenues. ſicut ſba=
lis bonitas celeſtis et innata et ſic de alijs. Quelȝ autem de iſtis
ſbtijs hȝ ſua ꝓpria acna ſuo modo. ſicut ſol ſuā luceȝ/figurā/⁊ mo
dum ⁊ ſic de alijs ſuo mō. ¶2. In celo ſunt nouē p̄dicamēta ac=
cidentiū. ſic̄ q̄titas/qualitas ⁊c̄. qm̄ celū per q̄titatē eſt q̄tū ⁊ ſua
q̄titas eſt de eēntia q̄ti. et cuȝ ſua q̄titate cāt q̄titates inferiores
eo qꝛ q̄ntitates inferiores et ſupiores ꝯueniunt in gn̄e. ¶3. In
celo eſt q̄litas ſic̄ bonitas ⁊c̄. cū qua cāt q̄litates inferiores nāles.
⁊ in ipō celo eſt etiā relatio. ſic̄ in natura ſua in qua ſe hn̄t relatiue
naturās naturatū et nāre. Et ſic de bonitate in qua ſe hn̄t relatie
bonificans bile et are. ¶4. In celo eſt actio/paſſio/⁊ actus(vt di
ctum eſt.) ¶5. In celo eſt hītus ſicut ſupficies circularis et ſuus 4
motus et ſic̄ ſua bonitas nālis cum qua eſt hītuatuȝ et ſic de alijs 5
ſuo modo. ¶6. In celo eſt ſitus(vt dictū eſt)ſicut patet in ſatur= 6

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7 no q̄ ē aſſituat⁹ ī octaua ſphera ⁊ iupit' ī ſatᷓno ⁊ ſic d' alijs. ¶7. In
celo ē tp̄s p ſuū motū mēſuratū cū q̄ mēſurat mot⁹ in īferiorib⁹. ſic
ſolicū ſuo motu dies mēſurat ⁊ horas. Octaua ſphera in motu eſt
inſtantaneo eo q2 ſcd̄m ſe tota eſt incōtinuo motu ⁊ nō mouet' de
loco ad locū ab extra. ſicut lapis molēdini q̄ in ſe toto eſt mot⁹ cō-
tinue. ⁊ ſuus motus in ipo eſt p̄manens. Qui q̄dem ſicut mouet
bladu3 ad farina3: ſic octaua ſphera mouet alias ſpheras ſuo mō.
8 ¶8. In celo eſt locus in quo ipm̄ ē collocatū. ⁊ ipe locus ē de eēn-
tia collocati ſicut octaua ſphera q̄ non eſt collocata in alio loco ex
tra ſe ipam ſ3 per ſuū locū eſt ſic collocata: ſicut per ſuā q̄ntitatem
q̄ta. ⁊ per ſuā q̄litatē qualis. ⁊ per ſuū motum mota. ⁊ ſic de alijs.
9 ¶9. Dū ſic intellꝰs facit ſciam de ſba celi ⁊ de ſuis acn̄tibus q̄rit
vtrum ſua q̄ntitas ſit cōtinua. eo q̄ videtur ei cū planete ſint con-
tigui. ſicut in digito plures articlos ſiue plura oſſa? Et tūc deſcen
dit ad viſum q̄ videt cepa3 plura in ſe hr̄e corᵃ diſtincta. ⁊ vnam
pelliculā ſuperi⁹ ꝯtinuā in qua ipa aſſituata eſt. aſiſi fit in digito in
quo eſt vna caro extēſa cōtinue ⁊ vna ſuperficies vbi caro ⁊ oſſa
p̄ticipāt in vegetatīa ⁊ elemētatiua. ſic eſt de firmamento ſuo mō.
vt celum ſic ſit vnū ſicut digitus vnus per cōtinuā q̄ntitatē. ⁊ hab3
10 q̄ntitates diſcretas ſicut ſunt ſphere ⁊c. vt digitus plura oſſa. ¶10
Dum ſic intellꝰs cōſiderat: q̄rit vtrū de ariete vſq3 ad librā ſit vna
linea ꝯtinua dyametralis. ⁊ ſicut de tauro ad ſcorpionē ⁊ de hmōi
reliqs? Et tūc deſcendit ad viſum q̄ videt q̄ in planta ſunt rami/
flores/folia/et fructus: in q̄bus eſt vna linea cōtinua per vegatīa3
licet nō ſit iſta ſic aſſituata vt celū. vn̄ cognoſcit in celo vnā linea3
ꝯtinuā eſſe de ariete vſq3 ad librā. vt corpus mūdi in vniuerſo poſ
ſit eſſe vnū. ſicut plāta q̄ per q̄ntitatē cōtinuā pōt eſſe vnu3 corpus.
11 ¶11. Adhuc q̄rit intellꝰs vtrū ſphere elemētoꝝ ſint de eēntia celi?
Et tūc recordatus eſt de. §. ſupradictis ⁊ exemplis cum q̄bus co
gnoſcit q̄ ſba mūdi eſt vna p vnā eſſentiam cōtinua3. etiā niſi ele-
menta eēnt de eſſentia celi ipe eſſentie eſſent plures nō participan
tes in aliquo cōi ⁊ ſic mūdꝰ nō eēt vnꝰ nec cōtinuꝰ qd̄ eſt impoſſᵉ.

## ¶De ſimplicitate ⁊ cōpoſitione celi.

In celo ſunt plures ꝯpōnes particulares. ſicut octaua ſphe-
ra que eſt cōpoſita ex materia ⁊ forā. et ſic de ſaturno ⁊c. et
de ſole et luna ⁊ de alijs ſtellis. Et ē alia ꝯpoſitio minuta ſicut bo
nitas celi ſbalis ⁊ magᵈᵒ celi ſbalis q̄ cōponuntur et ſic de alijs.
Que quidem cōpoſitio ſic fit. Nam ex ſbali boniſicatio ⁊ magni

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ficatiuo et ex alijs conſtituitur vna foꝛa vl'is. ⁊ ex ſbali bonificabi
li/magnificabili ⁊c. cõſtituit̃ vna materia vl'is. ⁊ de iſta foꝛa ⁊ ma
teria reſultat vna ſba ꝯpoſita gñalis. ſ. ſba mũdi: ⁊ hoc cũ ꝯpoſitõe
intrinſecoꝝ actuũ. ſic cum bonificare magnificare ⁊c. ex quoꝝ cõ=
poſitõe reſultat vn⁹ actus in cõi cũ quo vl'is foꝛa ⁊ materia ꝯiun=
guntur. Duz ſic intellectus cognoſcit cõpõem ſbe mundi per ea q̃
cognoſcit de compoſitiõe cognoſcit ⁊ ſimplicia: ſine qb⁹ cõpoſitio
fieri nõ põt. ¶2. Dũ ſic intell's cognoſcit cõpoſitionẽ foꝛe gñalis 2
mundi: querit vtrũ bonitas mundi ſbalis ſit cõpoſita? Et tunc de
ſcendit ad imaginatõem que nõ eſt compoſita ex imaginatio ima
ginabili ⁊ imaginari eo qꝛ iſte tres res ſunt vna eſſentia ⁊ nõ plu
res: ⁊ cõpoſitio fieri non põt ſine pluribus eſſentijs. ſicut ſba mun
di que non poſſet eſſe cõpoſita ſi ſua foꝛma ⁊ materia eſſent eadẽ
eſſentia: neq; hõ eſſet cõpoſitus ſi ſua aĩa ⁊ coꝛpus eſſent vna eẽn
tia. Aſil'r bonitas mũdi nõ eſt cõpoſita: eo qꝛ bonificatiuum bl'e et
are. nõ ſunt plures eẽntie ſ; vna: vt nõ ſit ꝓceſſus ꝯpoĩs in ĩfinitũ

## ¶ De indiuiduitate celi.

IN celo ſunt octo indiuidua. ſ. octaua ſphera ⁊ ſeptẽ ſphere
planetaꝝ. ⁊ drũt ſpecie. ſ. ſol/luna ⁊c. Et tunc intellus q̃rit
vtrũ ſtelle fixe ſint eedem ſpẽ? Et tũc deſcendit ad viſuz q̃ videt ꝙ
ſol eſt vna ſtella. alia ſtella ẽ luna. alie ſũt ſtelle tauri. alie leonis et
ſic de alijs ſuo mõ. ⁊ oĩa ſunt coꝛpa luminoſa: ⁊ tunc intell's cogno
ſcit ꝙ ſtelle fixe non ſunt eadem ſpẽ. quoniã ſol ⁊ luna ſunt coꝛpa
luminoſa ⁊ non ſunt idem ſpẽ cum ſtellis fixis. ¶2. Dum ſic in=
tellectus facit ſcientiã de hoc quod indĩdua celi non conueniũt in 2
ſpẽ: querit que eſt cauſa? Et tunc deſcendit ad viſum q̃ videt ſoꝛ=
tem ⁊ platonem eſſe idem ſpẽ. et iſtum leonem ⁊ illuz. ⁊ tũc cogno
ſcit ꝙ indiuidua dicũtur conuenire in ſpẽ eo qꝛ vnũ generat aliuz
in ſua ſpẽ: ſed in celo non eſt gñatio nec coꝛruptio. ¶3. Ulteri⁹ 3
q̃rit intell's vtrũ ſol ſit ſuamet ſpẽs ⁊ ſic de luna ⁊ de alijs? Et tũc
deſcendit ad auditum qui audiuit dici ꝙ fenix non eſt niſi vna a=
uis vnum animal ſub ſuamet ſpẽ. ſic in ſphera ſolis nõ eſt alia ſtel
la ⁊ ſic ipſemet eſt vnũ ĩdiuiduũ qđ eſt ſuamet ſpẽs. ¶4. Intellus 4
querit vtrum celum cuz ſit coꝛpus/ ſit diuiſibile in plures partes?
Et tunc deſcendit ad imaginationẽ q̃ imaginatur ꝙ punctus eſt
indiuiſibilis. rõne ſue maxime paruitatis. et ideo celũ ratione ſue
magnitudinis eſt indiuiſibile. quoniã ſicut partes pũcti ſi diuide=
rentur/ nõ poſſent locum occupare ratione maxime diminutionis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſic celum ſi diuideretur: ſue partes non haberent locū in quo poſ
5 ſent collocari rōne ſue magnitudīs. ¶5. Ulteriꝰ q̄rit intell's vtrū
motus celi debeat ceſſare: aut ſi erit imppetuū? Et tunc deſcendit
ad for̄am ⁊ finem ⁊ cōſiderat ꝙ for̄al'r celū eſt aptum natū ad mo
tū in ꝑpetuū ſcd̄m ſuas actōes/paſſiones/⁊ actus nāles: ſꝫ rōne fi=
nis credit ꝙ motus celi ceſſabit poſt diē reſurrectionis hoīm: quā
ꝓbauimus. qm̄ poſt illū diē non erūt gñatōes neqꝫ corruptiones
6 plantarū nec aīaliū. ¶6. Ulterius q̄rit intell's vtrū deus moue=
at celum ad perſe mouēdū? Et tūc deſcendit ad viſum vidēs ꝙ la
pis deſcendēs mouet ſe cū ſua grauitate: ⁊ ignis aſcendens cum
ſua leuitate ſe mouet. ⁊ plāta ad creſcendū cum ſua vegetatiua ⁊
hoc nāl'r. vn̄ cognoſcit ꝙ celum mouet ſemetipm̄ circulariter ⁊ na
tural'r: qꝛ alias: nō carēt effectiue motus in inferioribꝰ naturales/
eo quia motum non haberet naturalem.

## ¶De ſpecie celi

DIctum eſt ꝙ in celo nō ſunt ſpēs ſub q̄bus exiſtunt indiuidua
celi: ſꝫ q̄lꝫ ſphera ſiue ſtella eſt ſuamet ſpēs. Sꝫ intell'us q̄rit
de illo medio qd̄ conſiſtit inter ſaturnū ⁊ iouē. ⁊ de illo qd̄ eſt inter
iouem ⁊ martē: et ſic de alijs vtrū ſint ſpēs aut nō? Et tunc deſcen
dit ad potētiam tactiuā q̄ tangit lapidem cū medio cōfuſo qn̄ ta=
ctiua haurit ſpēs de lapide (vt dcm̄ eſt ſuperius in diſtinctōe lapi=
dis) aſil'i inter iouem ⁊ ſaturnū ⁊c. eſt quoddā mediū cōfuſum. ⁊
ſic de octaua ſphera vſqꝫ ad ſaturnuꝫ ⁊ ſic de alijs. ⁊ ꝑ illa media
deſcendūt influētie vſqꝫ ad ſpherā lune: q̄ ſphera eſt ſicut forū me
taphorice loquēdo eo qꝛ īfluētie ſuperiores in ſphera lune colligū
tur. ⁊ elemēta a ſphera lune illas recipiūt: ⁊ in iſta inferiora influ
unt. ſicut ſol q̄ dat ſilitudinem veneri ſue lucis. ⁊ venus mercurio.
mercurius lune. luna igni. ignis aeri. ⁊ aer terre in qua ſumꝰ. Et
ſic intell's inſinuat affatū vt illas influentias vocet ſpēs acq̄ſitas.
2 ¶2. Ulterius q̄rit intell's vtrū ille influētie q̄ deſcendūt a ſuperio
ribus iterū refluāt ad ſupiora aut alie? Et tūc cōſiderat finē qua=
re influētie deſcendūt: q̄ finis eſt vt corꝰ celeſtia perficiāt corpa in
feriora. ⁊ tūc cognoſcit ꝙ nō oꝫ ꝙ ille influentie refluant ad corpa
celeſtia eo qꝛ ita ꝑfecta ſunt: ꝙ iſtis refluentijs nō indigent ⁊ quo
3 ad ſe ipa non recipiūt magis neqꝫ minus. ¶3. Iteꝝ q̄rit intell'us
vtrum ſphere elementoꝝ ſint ſic aſſituate ſicut planetaꝝ ſphere? et
cognoſcit ꝙ ſic. Sꝫ querit poſito ꝙ ignis in ſua ſphera ſit ſimplex
⁊ ſic de alijs elementis: ita ꝙ in ſphera ignis nō ſint alia elemēta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum ipo mixta: per quem modũ influentie lune poſſint tranſire p ſpheram ignis ad ſpherã aque cuȝ ignis ſit aq̃ inimicus? Et tunc deſcendit ad viſum q̃ videt qȯ noria haurit aquã ab imo flumine. ⁊ ipam facit aſcendere ſupius. ⁊ ꝓpter hoc cognoſcit intell'ſ ꝙ lȝ ſphere elementoꝝ ſint ita ſituate ſicut ſphere planetaꝝ: tñ elementa per oẽs ſpheras ſunt mixta ⁊ confracta rõne motus celi: q̃ vapores haurit ⁊ fumoſitates ab eoꝝ ſba a partibus antipodalibus ſeu cõtrapoſitis. ⁊ eos ipos vapores vſqȝ ad noſtrũ hemiſpheriuȝ educit. et rurſus eos haurit q̃ ſunt in nr̃o hemiſpherio ⁊ traſportat vſqȝ ad hemiſpheriũ antipodũ. ⁊ vt media nõ ſint ipedita per que influẽtie dñt traſire: iõ elementa ſunt ſic mixta et confracta: vt ſint depoſita ad elementata generanda.

## De generalitate celi.

CElũ eſt corp⁹ generalius oĩbus aliȷs. ⁊ hoc viſus inſinuat itellectui. ſ. et imaginationi. ⁊ ſicut eſt gñalius quoad magnitudinem ſic eſt gñalius quoad motitatem mobilitateȝ ⁊ mouere. Sed miratur intell'ſ de hoc ꝙ imaginatio totã ſpherã celi nõ põt imaginari in inſtãti? Et tunc deſcẽdit ad potẽtiã viſiuam q̃ hic ⁊ nunc videre nõ põt totã ſpherã celi. vñ cognoſcit ꝙ ſicut viſus eſt diſpoſitus ad videndũ ꝑtem ſphere celi ⁊ nõ totã: ſic imaginatio ẽ diſpoſita ad imaginãdum ꝑtẽ ſphere celi ⁊ non totuȝ ipm celum.

¶2. Preterea intell'us q̃rit vtrũ nãlr motiuitas ſit ita generalis/ po^a ſicut mobilitas in motu celi? Et tũc deſcendit ad viſum q̃ videt lapidem per aerẽ deſcẽdere. in quo eſt ita magnus motus per ſuã motitatem ſicut p ſuã mobilitatẽ ⁊ eȷ°. vñ intell'ſ cognoſcit ꝙ in motu celi eſt ita generalis po^s ſua motitas: ſic ſua mobilitas. ⁊ quia de hoc facit ſciam: cognoſcit ꝙ celum mouet nãlr ſemetipm. 2

¶3. Dum ſic conſiderat intell'ſ q̃rit vtrũ in motu celi nãlr poſſitiuitas ſit ita gñalis actio ſicut poſſibilitas paſſio? Tũc deſcẽdit ad potẽtiaȝ tactiuã tãgentẽ lapidem. q̃ lȝ ita gñalem ſenſititateȝ ſicut ſenſibilitatẽ/põderoſitatẽ/ffitatem et duriciem lapidis ſentiendo ⁊ tũc intell'ſ rõe illius qȯ per tactiuã cognoſcit apphendit ꝙ i motu celi poſſitiuitas eſt ita gñalis actio ſicut poſſibilitas ẽ paſſio generalis. 3

¶4. Plures alias cõſideratões voluit cõſiderare intellectus de gñalitate celi ſicut de ſua gñali bonificatiuitate et bonificabilitate ⁊ ſic de aliȷs ſuo mõ. ſicut de ſua gñali magnificatiuitate magnificabilitate ⁊c. ſed cognoſcit ꝙ de iſtis et de illius ſupradictis idem eſt iudicium. 4

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## ¶ De entitate celi.

CElum eſt ens ⁊ ſua eſſentia ſic eſt entitas. Et qꝛ celũ ⁊ ſunt ens ↄuertũtur: entitas eius ⁊ celeſtialitas ſilr̃ ↄuertuntur in ipo. Et tũc q̃rit intell's vtrũ intelligat real'r ipam eẽntiã aut ſimili tudinem ei⁹: Et deſcendit tũc ad tactiuã q̃ attingit in lapide cum tãgere ſſitatẽ/põderoſitatẽ ⁊ duriciẽ: cũ q̃bus intell's trãſit ad eẽn tiam lapidis quã attigit. aſil'i cũ illis q̃ dicta ſunt de celo colligẽdo intell's intelligit eẽntiam celi real'r ⁊ attingit. deinde appetit ſcire vtrum celum ſit nouum aut eternum.

## ¶ De probatione nouitatis celi.

AD probãdũ celum eẽ nouũ volumus adducere ⁊ ponere. v.
rõnes ſiue ppões: cum q̃bus d nouitate celi ſciam hr̃e põt
1 intell's ⁊ pͥo ſic. ¶1. Dignitates dei equal'r creãt celuȝ/eo quia
equal'r ſunt cãe. ⁊ iõ ſicut dĩa bonitas cãt celuȝ finitũ in bonitate.
⁊ diuina magdo in magne. ⁊ dĩa ptãs in ptãte cognoſcit intell's hu
manus ꝙ dĩa eternitas celũ cãt finitũ in duratõe nouũ ⁊ inceptũ.
qꝛ alias/ſeq̃retur ꝙ diẽ dignitates in cãndo celum ineq̃l'r ſe habe
2 rent. qd̃ eſt impole et diſſonũ rõni. ¶2. Omne illud debet poni in
effectu per qd̃ deus eſt magis cã ⁊ melius illi⁹ effectus. Sȝ ſi celuȝ
eſt nouũ ⁊ inceptum de nõ eẽ ad eſſe ꝓductũ per ipm deũ ⁊ in eẽ
per eũdẽ gubernatũ ⁊ ꝯſuatũ: deus ipe eſt magis cã celi: ꝙ̄ ſi non
eſſet ꝓductũ de non eẽ in eẽ nouiter ⁊ per deũ eſſet gubernatuȝ ⁊
etiam ꝯſuatũ. Quia plus eſt aliq̃d de non eẽ ad eẽ ꝓducere noui
ter ⁊ ipm in eſſe ꝯſuare: ꝙ̄ ipm ſolũ ꝯſuare ⁊ etiã gubernare. Er
go cognoſcit intell's celũ nouũ eſſe ⁊ inceptũ. vt pȝ iſtã rõnem ſbti
3 liter intuenti. ¶3. Sicut deus eſt vn⁹ ⁊ ſingularis ꝑ ſuã infinitam
magnitudinẽ ⁊ immẽſam: ſic eſt vnus ⁊ ſingularis ꝑ ſuã eternita
tem infinitam ⁊ imenſam: cũ in deo ſue dignitates eq̃l'r ſint ⁊ pe
nitus ↄuertant̃ in ipo. Hoc aũt fieri non põt ſi celum eẽt eternũ. eo
quia duo eſſent eterni ⁊ due eternitates. ⁊ ſic nõ eẽt vnus ⁊ ſingu
laris per ipam imẽſam eternitatẽ: et eẽt vnus ⁊ ſingularis ꝑ ſuaȝ
magnitudinẽ infinitã ⁊ immẽſam. qd̃ eſt impole ⁊ cõtra ỽitatem.
Seq̃tur ergo ↄcl'o antedicta. qd̃ lȝ poſſit negari oꝛe/non tñ negabi
4 tur mente. ¶4. Si celũ eſt eternũ põt eſſe eternum. ⁊ ſic ſua po
teſtas ẽ in eternitate infinita ꝑegrine ⁊ in ſua ꝓpria nã eſt finita ⁊
limitata/eo qꝛ nõ põt in infinitũ poſſificare. Hoc aũt eſt impole/eo
qꝛ ptãs in alio/nãl'r loquendo non põt eſſe magis potẽs: ꝙ̄ in ſua
ꝓpria natura: ſiue in ſe. Qd̃ tñ ſeq̃ret̃ ſi celũ eẽt et'nũ. ergo relinq̃t

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ꝙ eſt nouum. ¶5. Illud eſt impoˡᵉ ex quo ſequit̃ ipoˡᵉ: ſꝫ ſi celū ſit 5
eternū ſeq̄tur impoˡᵉ. ergo impoˡᵉ eſt ip̄m eē eternū. Maioꝛ de ſe
patet. minoꝛ declarat̃ ſic. Nā ſi celū eſt eternū eternitas dei nō eſt
ſimpl'r primitia. eo qꝛ ſic due eternitates eēnt ſimul. ſ. diā eꝛnitas
ꝛ mūdana. Sꝫ hoc eſt impoˡᵉ. qm̄ dīna eternitas eſt oīno primiti-
ua ſicut oīo infinita ꝛ īmēſa. ergo ſeq̄tur predicta cōclō. 5. medijs
ſuie rōnibus cōpꝛobata. ¶6. Dum ſic intell's conſiderat de nouita 6
te celi multum gau det eo qꝛ de ip̄a noticiam habet.

## ¶De. viij. diſt. q̄ eſt de angelo ꝛ pꝛimo de actu eius.

Deſiderauit intell's ſciam hr̄e de angelo ſicut de predi
ctis. ſꝫ qꝛ angelus non eſt ſenſibilis neqꝫ imaginabil'
diu ſtetit in cōſideratōe intell's conſiderando ꝑ queꝫ
moduꝫ poſſꝫ de ip̄o ſciam facere. ꝛ qꝛ cognouit ſe eē
potētiaꝫ altiorē ceteris poⁱⁱˢ inferioꝛibus: ideo cū iſta
cognitōe ꝛ cuꝫ cognitiōe p̄dictoꝝ pꝛopoſuit de ip̄o ſciaꝫ facere iſto
modo. ¶1. Intell's inſinuat affatui vt dicat ꝙ angelus eſt illa cre 1
atura que magis eſt deo ſi'l'is. per quā quidem diffinitionē intell's
ip̄e cognoſcit ꝙ angelus eſt ſp̄us non ꝯiūctus. Et qꝛ deᵘ hꝫ actus
vꝫ intelligire/amare/ꝛ recolere. ꝛ aīa hoīs eoſdem ip̄os actus hꝫ:
cognouit intellus ꝙ angelᵘ hꝫ velle/intelligere/ꝛ recolere. alioq̄n
minᵘ eēt deo ſi'l'is q̄ aīa hoīs. qḋ eſt ipoˡᵉ. ¶2. Dū intell's cogno 2
uit ꝙ angelᵘ hꝫ actᵘ: deſiderauit cognoſcere ꝑ quot mōs ip̄os hꝫ:
ꝛ cognoſcit ꝑ inferioꝛa ꝛ ſupioꝛa ꝙ actᵘ ſunt in āgelo tribᵘ mōis
pꝛimitiē/ſecūdariē/et tertioᵒ. Pꝛimitiē ſic actᵘ ſupꝛadicti vꝫ reco
lere/intelligire/ꝛ amare reſpectu dei q̄ pꝛimitiē recolibilis ē intel
ligibilis ꝛ amabil' ad qḋ āgelᵘ maxīe creatᵘ eſt. ¶3. Secūdariē in 3
āgelo ſūt actᵘ vꝫ bōifiʳᵉ/magnifiʳᵉ/durare/poſſifiʳᵉ/ꝟtuificare/ꝟifi
care/ꝛ glificare. Qui q̄dē actᵘ innati ſūt ꝛ nāles. ꝛ etiā intellige-
re/recolere/ꝛ amare nāl'r loquēdo. ꝛ hoc ē figuratū in diſtinctiōe
celi. ¶4. Sūt tertio mō actᵘ in āgelo vꝫ ꝟtuoſū bonificare/magni 4
ficare ꝛc̄. et iſti q̄dē acq̄ſiti ſūt ꝛ ꝟtuoſi. qḋ in bono āgelo intelligi-
debet. Huͦ ſiq̄dē actᵘ ꝟtuoſi ſunt in āgelo bono vt ꝑ iſtos ſuū intel
ligere/diligere/ꝛ recolere ſint oꝛnata ꝛ diſpoſita ad obiectādū ꝟ-
tuoſe ſūmā cauſam. Angelus ꝟo malus eiuſmōi actus non habet
virtuoſe: ſed malitioſe.

## ¶De paſſione angeli.

PEr ea que dicta ſunt de actibus angeli/intellectᵘ cognoſcit
paſſiones angeli ꝛ hoc tripl'r (vt ſupꝛa figuratuꝫ eſt). Pꝛi



(c) 2006 Ministerio de Cultura

me igitur paſſiones ſunt reſpectu obi. Nam angelus intelligēdo diligendo deū ⁊ etiā recolendo/hʒ primitiam intelligibilitateʒ/recolibilitatē ⁊ diligibilitatē. ⁊ iſte non ſunt naturales eo qꝛ ſunt re

2 ſpectu primi obi. ¶2. Paſſiones ſcḋarie ſunt vt nālis intelligibilitas. amabilitas. recolibilitas. bonificabilitas ⁊c̄. qm̄ angelus ī ſua intelligibilitate reponit ea de q̄bus facit ſciam ⁊ in ſua amabilitate ea de quibus facit amabilitatē. ⁊ in ſua recolibilitate ſil'r ea reponit de quibus facit recolibilitatē. Et iſte paſſiones innate ſunt ⁊ intus in angelo permanētes. ⁊ ſic de bonificabilitate magnificabilitate nālibus ⁊c̄. Qm̄ magnī^do duratio ⁊c̄. per bonitatem ſunt bone ⁊ bonitas ⁊ duratio ſunt magne ꝑ magnitudiem: ⁊ ſic de a-

3 lijs ſuo mō. ¶3. Paſſiōes tertio mō dicte ſunt/ſic̄ intelligibilitas amabilitas/recordabilitas/bonificabilitas ⁊c̄. acq̄ſite ⁊ virtuoſe. per iſtas angelus intelligit recolit/⁊ diligit ſeipm̄ ⁊ alia. ⁊ facit ſe magnū virtuoſum ⁊c̄. Angelus vō malus in ꝯtrariū agit vitioſe.

## ¶De actione angeli.

Angelus hʒ actōes trib⁹ mōis (vt eſt ſupi⁹ figuratuʒ) vnus mod⁹ eſt primitiu⁹ ſcđm quē diligit recolit ⁊ intelligit deū. ſcḋarius eſt/qm̄ nāl'r agit in ſeipo ſic ꝑ ſuā formam actiuā cū qua agit nāl'r in ſua ꝓpria paſſiōe vt ſupra figuratū eſt. qm̄ ſic̄ ens nāle habet in ſua ꝓpria nā naturāteʒ naturatū ⁊ naturare: ſic angelus in ſua ꝓpria natura hʒ naturātē nātum ⁊ naturare. vt ſua fo(r)a ſit actiua. Nō tm̄ dico ꝙ angelus ꝓducat angelū generādo: ſʒ producit intellectū ⁊ intelligere obiectādo nāl'r. ⁊ cuʒ iſtis intrinſecis natural'r hʒ ſe ad obiecta extrinſeca obiectādo vno angelo aliū illu-

2 minātē ꝑ modū ſcie/amāte ⁊ recolente. ¶2. Dū ſic intell'us ꝯſiderat q̄rit per quē modū angelus habet actiones in inferioribus cū non habeat ſenſum neqʒ imaginatōem: Tunc intell's aſcendit ad ſoleʒ q̇ habet ī inferioribus actiōem calefaciendo deſiccando lʒ nō ſit calidus neqʒ ſiccus. ⁊ ad hoc ſufficiūt ſue actōes intrinſece ſicut ſua motiuitas/poſſificatiuitas/bonificatiuitas ⁊c̄. aſil'i ⁊ multo magis angelus lʒ non habeat potētias inferiores hʒ actōes in inferioribus cū ſua intellectiuitate/recolitiuitate/⁊ amatiuitate/bonificatiuitate/poſſificatiuitate ⁊c̄. Nā aliter ſol qui nō eſt ita ſil'is deo per ſuā bonificatiuitatē poſſificatiuitatē ⁊c̄. eſſet magis actiuus in in-

3 ferioribus: ꝙ angelus qḋ eſt impo^le. ⁊ diſſonum rōni. ¶3. Iterū aſcendit intellectus ad celuʒ ⁊ conſiderat actiones quas celū habet in inferioribus. ſ. maſculinitatem/feminitatē/neutralitatē ⁊c̄.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poſt deſcendit ad elementatiuã/ſenſitiuam/imaginatiuã/⁊ intellectiuam hoīs:cū quibus hō obiectat oba. ⁊ cum oībus iſtis cōſiderat qḋ angelus bonus ſiue malus diſponit actōes ſuas quas hꝫ ſuper nos accipiendo figuras ad placitū vt de mēte nr̃a ⁊ de opatione noticiam hr̄e poſſit:⁊ hīta noticia angelus bonꝰ pōt nos iuuare ad meritū acq̄rendū.malus vō occaſionare ad peccandū.Et tunc q̄rit intell's vtrū poſſit angelus nos cogere ad agendū bonū ⁊ malus ad malū agendū:⁊ tunc recordatus eſt de libertate hominis vt in diſtinctione hoīs dictum eſt.

## ¶De natura angeli.

Cum principijs artis gñalis veris ⁊ neceſſarijs ꝑponit intellectus inq̄rere nām angeli iſto mō ⁊ p̄io cū dr̄a. ¶1.In angelo drūt actōes/paſſiōes/⁊ actus(vt ſupius dictū eſt)⁊ quia drūt nālr cognoſcit intell's ꝙ in angelo eſt nālis dr̄a/q̄ eſt de eēntia angeli.Cū iſta aūt dr̄a angelus nām habet diſtinguendi inter vnū ⁊ aliū cognoſcendo ſeipm ⁊ aliū ⁊ hoc nālr. 1
¶2.In angelo eſt ꝯcordantia primū prinm verꝫ ⁊ neceſſariū.que eſt de ſua eēntia naturalr.qm̄ ſicut ꝑ dr̄am in angelo ſunt plures res dr̄entes: ſic ꝑ concordātiā ſunt plures res ꝯcordātes.ſicut intellus/memoria/et voluntas:q̄ cōueniūt ſubiectiue in tanto ꝙ angelus eſt ex ipis naturalr cōſtitutus. etiā cōueniūt obiectiue in q̄tū angelus cū iſtis obiectat ſumū prinm ſūme verum/ſūme neceſſarium.qḋ eſt deus. 2
¶3.In angelo principiū mediū ⁊ finis formalr ſunt ⁊ naturalr: 3
eo quia prinm ſe habet ad finem/⁊ finis ad prinm ⁊ hoc per medium.ſicut intelligens ſe habet ad intrinſecū intellectū/⁊ ambo inuicem ⁊ cōiter ſe hñt ad intelligere ſiue cōiūgere.Cū iſtis autē veris primis ⁊ neceſſarijs principijs cāt intelligere ⁊ intelligibile pegrina.⁊ ſic diximus de intellectu ita pōt dici de memoria ⁊ voluntate ſuo mō. ¶4.In angelo ſunt naturalr maioritas equalitas ⁊ 4
minoritas.⁊ iſta ſunt in ipo p̄ria principia vera ⁊ neceſſaria. Maioritatē aūt appellamus ſbam radicalē.⁊ minoritatē vocamꝰ ſuū acn̄s inſepabile.eq̄litatē vō illud ꝑ quod memoria intellꝰs ⁊ voluntas ſunt equales ſubiectiue.⁊ cū ipa cocq̄t ſe obiectiue. ¶5. 5
Cum predictis principijs cognoſcit intellus nām angeli ⁊ cognoſcit ꝙ ſicut celum agit in inferioribus cū ſua maioritate/minoritate ⁊ equalitate effectiue:ſic angelus ſuo modo effectiue agit in nobis.oꝫ tamen ꝙ nos ſimus diſpoſiti ad hoc ⁊ in noſtra libertate ꝑmanētes. ¶6.Intellectus preterea naturā angeli ꝯſiderās q̄tum 6



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad ſuam bonitatem magnitudinem ꝛc. querit vtrũ angelus malꝰ bonam naturam hẽat? Et tũc deſcendit ad guſtum q̃ guſtat ſalſe=dinem bibendo aquã maris. ꝛ deſcẽdit ad tactiuã q̃ tangit aquaꝫ calidã: ꝛ ſic cognoſcit ꝙ angelus malus eſt ſic in maliciã deductꝰ per acñs ꝛ mutatus ꝑ actus malos: ſic̄ aqua maris de dulcedĩe in ſalſedinem ꝑ motũ vẽti ꝛ ꝑ caliditateꝫ ſolis eſt mutata. ꝛ ſic̄ aqua frigida eſt alterata ꝛ mutata in caliditatẽ ꝑ actõem ipſius ignis. in ipõ tamen angelo malo ſua bonitate nãli remanẽte q̃ per maliciaꝫ afflicta eſt. ꝛ ſic cognoſcit intell's ꝑ quem modum angelus malus habet in ſua natura paſſiones.

## ¶ De ſubſtantia ꝛ accidente angeli.

1 Angelus eſt ſb̃a. ꝛ tunc q̃rit intell's vtrũ intellectꝰ memoria
ꝛ volũtas ſint res angeli ſb̃ales aut accidẽtales? Et tũc aſcẽ
dit ad ſumũ obm qđ eſt deꝰ. q̃ ꝑ angelũ eſt obiectabil' cum magne
bonitatis duratõis ꝛc. et qꝛ bonitas ſb̃alis plus dic̃ q̃ accidẽtalis
ꝛ ſic de magne ꝛc. cognoſcit intell's ꝙ intell's/memoria/ꝛ volũtas
in ãgelo ſunt res ſb̃ales. alioq̃n deꝰ ẽẽt obiectabilis cum puite bo
nitatis magnitudis. qđ eſt ipole. ꝛ cõtra nobilitatẽ ſumi obi. ꝛ cõ
2 tra magnitudinẽ ſue bonitatis duratiõis ꝛc. ¶2. Dũ ſic ꝯſidera=
uit intell's ſb̃am angeli: voluit hr̃e ſciam de ſuis accidẽtibꝰ diſcur
rẽdo ꝑ nouẽ predicamenta accidẽtiũ. ꝛ prĩo per q̃titatẽ ꝯſiderãdo
ꝙ ãgelus hꝫ q̃titatẽ ſpũalẽ ſine ãgulo/linea/ꝛ figura. ꝛ cũ ipa q̃ti
tate ẽ q̃tꝰ ꝛ hꝫ actus quãtos actiões ꝛ paſſiões. ꝛ cuꝫ ſua q̃titate
3 põt hr̃e ad placitũ magnos actꝰ. ¶3. Angelus ẽ q̃lis ꝑ ſuas q̃lita
tes ſic̄ angelus bonꝰ q̃ eſt bonus ꝑ ſuã bonitatem. ꝛ angelꝰ malus
qui malus ẽ ꝑ ſuã maliciã ꝛ ſic de alijs ſuo mõ. ꝛ cum iſtis q̃litati=
4 bus cognoſcit angelus q̃lis eſt. ¶4. In ãgelo ſunt relatões. ſic̄ in
ſuo intellectu intelligẽs intelligibile ꝛ intelligere. ꝛ in ſua bonita=
te interius ſũt bonificãs bonificabl'e ꝛ bonificare ꝛ ſic de alijs. cuꝫ
iſtis xo facit ſciam intell's. qꝛ cognito vno cognoſcit ꝛ reliquum.
5 ¶5. In angelo ſunt actões ꝛ paſſiones (vt iam dictũ eſt) de nũero
iſtaꝝ quedã ſunt ſb̃ales: q̃dam accidẽtales. ſb̃ales ſic̄ intellectiuuꝫ
intelligibile/ꝛ intelligere. que ſunt de eẽntia intellius. Accidẽtales
ſic̄ qñ vnus angelus intelligit aliũ. ꝛ habet in ipõ actionem/ipm il
6 luminando/ꝛ eidẽ impando. ¶6. Angelus hꝫ actus hĩtuatos in
ſuis ſpeciebus innatis. Nã ſi eſt bonus/eſt habituatꝰ de ſua boni
tate. ꝛ ſi ẽ malꝰ ẽ hĩtuatꝰ de ſua malicia. hoc idẽ põt ĩtelligi de hĩ=
7 tu glĩe ꝛ pene. ¶7. Angelus hꝫ ſitus ſpũales. ſic̄ ſunt ſue potẽtie

(c) 2006 Ministerio de Cultura

que in ipo ſunt aſſituate ⁊ ipe in ipis. ſ. intellectus voluntas ⁊ me
moria. Et ſic de intellectu ⁊c. in quo ſunt aſſituata intellectiuū in=
telligibile ⁊ intelligere. ⁊ ſic de bonitate que eſt aſſituata in magnne
⁊c. et ep°. ¶8. Angelus eſt in tempore eo qꝛ eſt nouꝰ ⁊ inceptus 8
⁊ eſt in vno tēpe qn̄ eſt hic ⁊ in alio tēpe quādo eſt alibi/⁊ tunc in
tellectus q̄rit qn̄ angelus eſt hic ⁊ poſt modū mutat ſe ad aliū lo=
cum vtrū ſit in motu ſucceſſiuo? Et tunc aſcendit ad octauā ſphe
ram in qua ſuꝰ motus eſt in inſtanti (vt iam dictū eſt) ⁊ tunc co=
gnoſcit intellectus ꝙ angelus nō eſt in tēpe ſucceſſiue/ſed ī inſtāti
mutat ſe de vno loco in alium. ⁊ rō huius eſt qꝛ non hꝫ ptes lon=
gas nec profundas. ¶9. Angelus eſt in loco/ſicut cauſa in effe= 9
ctu. nō ꝙ ſit collocatꝰ in effectu ſuo/eo qꝛ nō hꝫ ſuperficies. ⁊ ē ſic
in loco ſicut hic ⁊ nūc. ⁊ ibi ⁊ nūc/ita ꝙ qn̄ eſt hic non eſt alibi. ⁊
ecōuerſo. ⁊ qn̄ eſt in celo/non eſt in terra: ⁊ ſic de alijs ſuo modo.

## ¶De ſimplicitate ⁊ compoſitione angeli.

ANgelus ē ſba magis ſimplex ꝗ̄ hoīs aīa. rō huius ē/qꝛ aīa
hoīs cū corpe ꝯſtituit hoīem cōpoſitū/angelꝰ xo nō. ⁊ ſic eſt
magis ſimplex ꝗ̄ aīa. ⁊ ſic hꝫ actus ſimplitiores/paſſiōes/⁊ actio=
nes/ꝗ̄ aīa ⁊ nām. De cōpoſitione aūt angeli nolumꝰ plus tracta=
re qm̄ per cōpoſitōez ſimplicitatē cognoſcemꝰ ⁊ hoc ſex mōis. Pri
mo modo componit̄ de rebꝰ ſbalibꝰ ⁊ accidētalibꝰ ex q̄bꝰ fit ꝯpo=
ſitio. ſcd̄o ex tiuis. tertio de bilibus. quarto de actibꝰ. q̄nto de iſtis
inſimul. ſexto de actibꝰ pegrinis acq̄ſitis. De pr̄io aūt ſic/in ange
lo ſunt plures res ſbales ſicut ſua naturalis bonitas/megnido/du
ratio/⁊ poteſtas ⁊ ſic de alijs ſuo mō: per bonitatez magnido ⁊ du
ratio ſūt bone. ⁊ ideo bonitates quas hn̄t magnitudo duratio ⁊c.
ſunt accidentales ⁊ bonitas accidentalis naturalis eſt inſeparabi
lis a bonitate ſbali naturali. vn̄ bonitas naturalis cōicando ſe ma
gnitudini durationi ⁊c. componit ſe cuꝫ ipiſ ⁊ ep°. ⁊ de hoc experiē
tiam habet intellectꝰ in elemētatis in q̄bus elementa intrant com
poſitionē ſimili mō. ¶2. In eēntia angeli bonificatiuꝰ magnifica 2
tiuus duratiuꝰ poſſificatiuꝰ ⁊c. ſunt res actiē ⁊ ita ſimplices ꝙ eē
non pn̄t magis in ſbo creato ⁊ de oibꝰ iſtis reſultat vna foꝛa cōis
ꝯpoſita: q̄ foꝛa eſt foꝛa angeli cū qua ē actiuꝰ. ¶3. In eēntia an 3
geli ſūt bonifilis magnifilis durabilis poſſifilis ⁊c. res paſſiue ⁊ ita
ſimplices ꝙ magꝭ eē nō pn̄t in ſbo creato. ⁊ ex oibꝰ iſtꝭ reſultat vna
mā cōis ꝯpoſita q̄ ē mā āgeli. ¶4. In eēntia āgeli ſūt bonifire ma
gnre durare poſſificare ⁊c. actꝰ ita ſimplices ꝙ magꝭ eſſe non pn̄t 4



(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ſbo creato ⁊ ex omībus iſtis reſultat vnus actus cōis/ſiue vna
5 coniūctio. qua cōiungūtur fo'a ⁊ materia angeli. ¶5. In eētia
angeli eſt compoſitio ex tiuis bilibus/⁊ are: vt ex ipis ſit vnum in
6 diuiduū ſimplex in cōi quoad ſuuʒ ꝓpriū nūerū. ¶6. Angelus hʒ
actus peregrinos ꝯpoſitos obiectie. ſicut qñ obiectat vnū obm in
telligendo diligendo ⁊ recolendo. ſʒ de hoc miratur intell'us qūo
pōt fieri de iſtis ꝯpoſitio? Et tunc deſcendit ad potētiā tactiuā que
tangit lapidē: que in ſuo tangere cōponit plures ſpēs ſentiēdo pō
deroſitatē/ffritatē ⁊ duriciē in inſtāti. ⁊ tunc cognoſcit per quē mo
7 dum eſt cōpoſitio in angelo de actibus peregrinis. ¶7. Dū ſic cō
ſiderat intell's q̄rit vtrū ſua bonitas ſit cōpoſita ex bonificatio bl'i
⁊ are? Et tunc deſcendit ad ptātē q̄ non eſt ꝯpoſita ex poſſeficatio
bl'i et are. ne ponamus in cōpoſitione proceſſum in infinitum. q2 ſi
ſic poſſificatiuus eēt cōpoſitus ex poſſi^uo ⁊ poſſi^uo. ⁊ ſic aſcenden=
do in infinitum. ⁊ ſic de bilibus ⁊c. qd eſt impo^le. Et ſic intellect⁹
cognoſcit ꝙ bonitas nō eſt cōpoſita ex ſupradictis ⁊ iō per talem
modum facit ſciam intellectus de eſſentijs ſimplicibus que nō ſūt
compoſite q̄ꝫtum ad ſe.

## ¶ De indiuiduitate angeli.

PEr ea que dicta ſunt ſuperi⁹ de indiduo: cognoſcit intell'us
ꝙ angelus eſt indiduū. ⁊ ſicut celum eſt indiduū qd nāl'r ab
alio non recipit aliq̄d neqʒ de ſe aliq̄d ſcindit/ſic angelus ⁊ multo
melius eſt indiduum quod natural'r non recipit magis neqʒ mi=
nus. ⁊ eſt magis intēſe indiduū q̄ꝫ aliqua ſtella eo q2 non hʒ par=
tes angulares/circulares nec lineales neqʒ eſt in motu ſucceſſiuo
2 neqʒ in loco collocatus. ¶2. Per ea q̄ dicta ſunt de indiduo co=
gnoſcit intellectus ea q̄ cōpetunt ad indiduatōem angeli. ſed que
rit quare vnus angelus non indiduat aliū per generatiōem. ſicut
vnus hō aliū hoiem? Et tunc deſcendit ad ſolē qui eſt corpus in=
diuiſibile inaugmētale ⁊ iminuibile: ſʒ non eſt ſic de corpe hoīs/
eo quia eſt corruptibile diuiſibile ⁊c. et per potuʒ ⁊ cibum recipit
augmentum ⁊ detrimentū. ⁊ ſic intell's cognoſcit ꝙ angelus non
eſt diſpoſitus ad generādūʒ alium angelum eo q2 nō hʒ cum quo.
3 ¶3. Duʒ ſic intellect⁹ ꝯſiderat/ꝙ affatus dicit deū patrē eſſe vnū
ſuppoſitum. ⁊ deū filium aliō ⁊ deū ſpūm. ſ. aliō. ⁊ deum nō recipe
magis neqʒ minus: tū deū patrē generare deum filiū. ⁊ inuicē ſpi
rare ſpm̄. ſ. vñ cā exēpli dubitat intellectus ⁊ credit ꝙ vnus ange
lus generet aliū angelū. Sʒ ipe aſcendit ad cōſiderandū diuinā in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

finitatem ⁊ eternitatem cuꝫ quibus cognoſcit ꝙ deus eſt potẽs in finite ⁊ eterne/ita ꝙ deũ põt generare.⁊ ad hoc ſua īfinitas ⁊ etñi tas ſufficiunt.lꝫ deus nõ recipiat magis neqꝫ minus.ſed de angelo non eſt ſic/eo qꝛ eſt finitus ⁊ nouus.⁊ iõ ſi de ſua eſſentia alium generaret:deficeret ſua eẽntia.eo qꝛ aliqd non recipit ab extra:ſic homo q̃ deficeret ad generãdum hoiem:ſi ab extrinſeco nõ recipet vꝫ potũ ⁊ cibum. ¶4.Intellectus itẽ voluit ſcire vtrũ plures angeli ſint contẽti ſub eadẽ ſpẽ.⁊ ſi nõ:querit quare dicũtur indiuidua?Et tunc aſcendit ad celũ ⁊ ꝯſiderat ea q̃ dicta ſunt de celo in ca.de eius indiuiduitate ⁊ ibi cognoſcit dubij ſolutõem. 4

## ¶De ſpecie angeli.

Deſcẽdit intellectus ad ſenſibile ⁊ imaginabile ⁊ nõ inuenit modum per queꝫ poſſit cognoſcere ꝙ vnꝰ angelus ſit idem ſpẽ cum alio/aut nõ ſit.rõ huius eſt/qꝛ angelus nõ eſt ſenſibilis neqꝫ imaginabilis.ſꝫ qꝛ angelus eſt vnũ indiduũ nõ genituꝫ neqꝫ ꝓductum per aliũ angelũ:⁊ illa q̃ ſunt ſub eadem ſpẽ ſunt ꝓductibilia ⁊ generabilia:cognoſcit ꝙ angeli nõ ſunt ſub eadem ſpẽ ꝯtẽti.

¶2.Dum ſic cõſiderat intell's q̃rit per quẽ modũ angeli drñt ſpẽ. forte ſicut roſa ⁊ pomũ.pomuꝫ ⁊ gallina.leo ⁊ gallina.hõ ⁊ leo.et ſic de alijs.Et tunc deſcẽdit ad imaginatiãm q̃ imaginatur ꝙ roſa ⁊ pomũ cõueniunt in quodã cõi.ſ.in vegetatiã ⁊ etiã pomuꝫ et gallina.⁊ gallina ⁊ leo in ſenſitiua.⁊ ſic de hoie ⁊ leone.⁊ tunc cognoſcit intell's ꝙ de ſpẽbus angeloꝝ non eſt ſic.qm̃ q̃lꝫ angelus eſt ſuamet ſpẽs ⁊ inter ſpẽm ⁊ ſpẽm in angelis nõ ẽ dare aliqđ cõe in quo cõueniant ſicut ẽ inter roſam ⁊ pomũ.⁊ ſic de alijs ſuo mõ. 2

¶3.Preterea querit intell's vtrũ angelus ſit creatus cum ſpẽbus innatis cum q̃bus attingat inferiora?Et tunc deſcẽdit ad potẽtias inferiores cum q̃bus cognoſcit ꝙ ipe non põt acq̃rere ſpẽs niſi ſit cum potẽtijs inferioribus ꝯiũctus:ſꝫ qꝛ angelus non eſt cõiunctus cum iſtis/oꝫ ꝙ ſit creatus cũ ipis ſpẽbus ſimul cum ipo creatis:cum q̃bus actingat entia inferiora.Et tunc intell'us q̃rit quot ſunt ille ſpẽs?et tũc deſcẽdit ad elemẽtale/vegetale/ſenſuale/imaginale/celeſtiale/⁊ ſpũale.⁊ qꝛ iſta ſunt ſex cognoſcit intell's ꝙ ſpecies ſunt ſex que ſunt in angelo cõcreate cũ quibus attingit elemẽtale vegetale ⁊c̃. 3

¶4.Dum ſic intell's cõſiderat ſex ſpẽs in angelo cõcreatas querit vtrũ illa ſpẽs cum qua attingit elementale ſit de eſſentia ⁊ natura elemẽti?et ſic de alijs ſuo mõ.Et tunc deſcendit ad ſenſum cõem qui hꝫ ſex ꝑticulares ſenſus ſub ſe que ſunt ſibi 4



(c) 2006 Ministerio de Cultura

potentie cōcreate ꝛ genite ſucceſſiue. ꝛ licet viſus attingat flāmas ignis ꝛ tactus calorem ignis/non ſeq̄tur ꝑpter hoc ꝙ ſenſus iſti ſint de eſſentia ignis/ tñ ſunt de eſſentia ſenſus cōis: ſicuti ſic iſti ſex ſenſus ꝑticulares ſūt de eſſentia ſenſus cōis ꝛ non de eēntia oboꝝ que attingunt: ſic ſpēs in angelo cōcreate ſunt de eēntia angeli ꝛ
5 nō de eſſentia oboꝝ q̄ attingit. ¶5. Item q̄rit intellꝰ vtrū in angelo ſpēs quas acq̄rit ſucceſſiue remaneant vel quādo circa vnā ſpeciem ſpeculatur aliam dimittat? Et tunc deſcendit ad tactiuam ꝛ imaginatiuā. cū quibus cognoſcit ꝙ aqua frigida infrigidat carnes in olla exñtes. ꝛ qñ eſt calida/frigefacere qđ erat i actu: remanet in po^a ꝛ hītu. ꝛ calefacere qđ erat in potētia ad actū reducitur. ꝛ qñ ignis extinguitur aqua refrigerat ꝛ aliđ frigefacere ad actū reducit ꝛ non primū/eo qꝛ nō ſunt in eodē nūc. Aſici de angelo dum celū eſt in motu/angelꝰ acq̄rit plura merita ꝛ plures ſpēs ſucceſſiue/deducendo vnā ad actum ꝛ aliā in potētia dimittēdo/ſ; qñ ceſſabit motus celi ꝛ erit reſurrectio generalis: oēs ſpēs erunt in actu in angelo (quas acq̄ſiuit) ſi ſit bonus ad multiplicādū ſuā gl'iam. ꝛ ſi ē malus ad multiplicādū ſibi penā ꝛ dolorē

## ¶De genere angeli.

POſt q̄ intellꝰ cognouit ꝙ angeli non ſunt ſub eadē ſpē/cognoſcit ꝙ plures angeli nō ſunt ſub vno genere: neq; cōue=
2 niunt ſpē. ¶2. Quilibet angelus hab; ſuā bonitatē que eſt ſibi generalis eo qꝛ cum ſua bonitate ſua magni^do duratio ꝛc. ſunt bo
3 ne. ꝛ hoc idem pōt dici de ſua mag^ne ꝛc.. ¶3. In intellectu cuiuſlibet angeli eſt vnū intellectiuū generale ad intelligendum plura oba. ꝛ eſt vnū intelligibile generale in quo intellectiuū ponit plures ſpēs particulares ꝛ illas facit itelligibiles ꝛ intellectas: ꝛ hoc cum vno vl'i intelligere qđ eſt ſubiectiue cōiunctio eoꝝ: in qua intellectiuum generat plures actus peregrinos ſpāles. ꝛ iſta tria ſūt vnus intell's iſtius angeli ꝛ iſta tria alia ſunt vnus intellectꝰ alterius angeli. ꝛ ſicut diximus de intellectu ita pōt dici de voluntate
4 ꝛ memoria ſuo modo. ¶4. Dum ſic intell's cognoſcit generalitates angeloꝝ querit vtrū angelus in eodē nūc attingat oba plura ſimul: aut vnū poſt aliud ſucceſſiue? Tunc deſcendit ad ſenſū cōem qui hab; ſex ſenſus particulares. ꝛ inſinuat affatui vt proferat iſta verba. ſorte tenēte pomū in manu viſus videt pomū coloratum. odoratus odorem ſentit pomi. guſtus ſentit saporē guſtādo pomū, tactus tangit pomū durum/frigidum/et ponderoſum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

et ſic intellectus cognoſcit ꝙ quilꝫ ſenſus particularis ſuum ob̄m in eodem nunc apprehendit. vñ intell'us cognoſcit ꝙ ſenſus cōis in eodem nūc attingit plura oba ⁊ iudicat de ipis. Aſimili angel⁹ habens ſex ſpēs concreatas q̄bus mediātibus attingit oba plura ſimul. ⁊ ſic cognoſcit intell's per quē modū ipe ē ꝑticularis ⁊ gñal'.

## ¶De entitate angeli.

Angelus eſt ens ⁊ ſua eſſentia eſt entitas ſiue angeleitas. tūc intellectus q̄rit vtrū cognoſcat eius eſſentiā? ⁊ q2 eſt inſenſibilis ⁊ inimaginabil' cōſiderat ꝙ valde difficile eſt cognoſcere eſſentiā angeli. Sꝫ deſcēdit ad diſtinctōeꝫ lapidis/planete/⁊ cetera ⁊ etiā ad actus/paſſiones/⁊ actiones angeli ⁊ nām ⁊c. ⁊ q2 intell's cognoſcit oīa iſta ⁊ per notū cognoſcit ignotuꝫ ⁊ hoc maxie qñ in aliquibus cōueniunt. vñ per ea q̄ dicta ſunt eſſentiā angeli cognoſcit intellect⁹: que eſt angeleitas ſic denominata cōpetēter ab angelo: ſicut hūanitas ab hoīe. Et ī intell's eſt ſatis ꝯtentus de cognitione eē ⁊ eſſentie ipius angeli. Tamē deſiderat hr̄e ſciam vtꝝ angeli ſint aut non. ⁊ ꝙ ſint intendit ꝓbare per. v. rōnes.

## ¶Qđ angeli ſint.

